1542do d. 30. Novembr

143

# Ad Capitaneos

Sigismundus Dei Gratia etc.

Magnifice Sincere Nobis Dilecte
Quandoquidem hoc flagitare videantur, graria Regni, Reique publicæ negotia, edixizmus Majora Regni Nostri Commitia Cracovziæ, ad Diem Sanctæ Agnetis Virginis, quæ quidem minora, sive particularia præcedent de more in - - - N - - - - et communia Terrestria in - - - - - N - - - Feria - - - - N - - - - - ante Festum - - - - N - - - - - - - Quare mandamus Sttæ tuæ, ut ea Commitia, promulgari ubique et publicari faciat, in omnibus foris, et populi Congregationibus, Civitatum et Oppidorum Præfecturæ suæ, et quas ad Officiales et quoszdam Nobiles Nostros dedimus, et cum præsenztibus mittimus literas, eas omni cunctatione semotâ, perferendas diligenter curet. Inter quas si quæ fuerint, quæ inscriptione, seu supra scriptione caruerint, ipsa Sttas tua, inzscribi illas faciat his, qui magis fuerint, inz-

ter Nobiles

inter Nobiles insignes, atque ad eas nulla
mora interposita transmittat. Factura Sitas
tua, pro gratia Nostra et Officio Suo —
Datum Cracoviæ Die Trigesima Mensis
Novembris - Anno Domini Millesimo Quin-
-gentesimo Quadragesimo Secundo —

Ad mandatum Sacræ Regiæ
Mtis - proprium —